

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 14: De multiloquio (18)

Augustinus:

Perfectis viris non convenit mentiri,  
nec pro temporali vita alicuius,

nec pro corpore alterius ut animas suas occidunt.

Licet tamen eis, verum tacere sed non falsum dicere.

Perfectis autem non convenit mentiri,  
nec pro temporali vita,  
cujus morte sua vel alterius non occiditur anima:  
→ licet autem eis si non falsum dicere, verum tacere:  
ut si quis hominem non vult ad mortem perdere,  
verum taceat, sed non falsum dicat,  
nec pro corpore alterius animam suam occidat,  
← non est culpa verum tacere, ut Dominus:  
«Multa habeo vobis dicere (*Joan. xvi*).»

Haymo Halberstatensis, *Commentarius in Psalmos*,  
5 (PL 116, col.211B-C).

Sed quoniam aliud est mentiri, aliud uerum occultare,  
siquidem aliud est falsum dicere, aliud uerum tacere;  
si quis forte uel ad istam uisibilem mortem non uult hominem prodere,  
paratus esse debet uerum occultare,  
non falsum dicere,  
ut neque prodat neque mentiatur,  
ne occidat animam suam pro corpore alterius.

Augustinus Hipponensis, *Enarrationes in Psalmos*, 5.7  
(CCSL 38, E. Dekkers & J. Fraipont eds., p.22, ll.25-30).